

Cum igitur in defectu hoc sit quædam æqualitas, & vero nihil ordinatum fortuito accidat: ideo cogitandum numeros hosce ad veritatem quidem alludere: nondum tamen eam penitus assecutos. Nempe in ipso theoremate adhuc limari quid potest: aut theorema quidem rectè habet, sed eius sensum neutra operatio assecuta est. Quod quamvis initio statim suspicari potui, nolui tamè, Lectorem hac occasione, & veluti stimulo plura tentandi, carere. Quid si namque aliquando diem illum videamus, quo ambo hæc inuenta conciliata erunt? Quid si hinc ratio eccentricitatum elici possit? Nam quo pertinacius retineam etiam hoc de motibus theorema, illud inter cætera in causa est, quod vnus motoriarum distantiarum ad alteram proportio, nunquam à toto orbe Copernicano aberrat, sed semper ad aliquid digitum intendit, quod pertinet ad orbium spissitudinem. Estq; in hoc, quod mirari possis aliqua etiam æqualitas. Quam ut videas, explico tibi ordinem distantiarum motoriarum in partibus, quarum media Telluris remotio est 1000, & appono distantias Copernicanas:

	Copernici	Motoriarum		
Summa	9987			
Media	h 9164	9163	vt 1000	ad 577
Ima	8341		fic 9163	ad 5290
Summa	5492		proximus	5261
Media	z 5246	5261	vt 1000	ad 333
Ima	5000 a		fic a 5000	ad 1666
Summa	1648 b		proximus	1648 b
Media	♂ 1520	1440	vt 1000	ad 795
Ima	1393 c		fic c 1393	ad 1107
Sum. terræ	1042	terræ 1102 d	proximus	1102 d
Med. sim-	1000	cum 1000	vt 1000	ad 795
Ima plcis.	858 e	898	fic e 958	ad 762
Summa	741 h		proximus	762 f
Media	♀ 719	762 f	vt 1000	ad 577
Ima	696		fic 741	ad 429 g
Summa	489		proximus	741 h
Media	♁ 360	429 g		
Ima	231			

Æqua-